



**HISPANIA**  
 SIVE  
 DE REGIS HISPANIE REGNIS  
 et opibus



*Commentarius.*  
 LVGD: BATAV:  
 Ex officina  
 Elzeviriana.  
 A<sup>o</sup>. cId. Idc. XXIX.  
*Cum Privilegio*



*Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo  
moque Viro,*

D. EDVARDO POWELLO  
Equiti Baronnetto, Serenissimi MA-  
GNÆ BRITANNIÆ REGIS sup-  
plicum Libellorum Magistro, Affini  
suo honorando.

IOANNES DE LAET

S. P. D.

*Vir Amplissime*

**S**ummorum Principum primò, deinde  
& Procerum qui ipsis  
à Sacris consiliis sunt,  
officium est, non modo Re-  
gnorũ & Principatum, quibus  
summus rerum Arbitrator ipsos  
præposuit, condicionem pro-  
be noscere, quidque in illis va-  
lidum, quid debile sit, ad un-  
guem scire, subditorum suo-  
rum ingenia & mores, vires  
denique & facultates accurate  
pensitare; sed etiam vicinorum  
Principum, atq; adeo longin-  
quo-



I.

H I S P A N I Æ  
C H O R O G R A P H I C A  
D E S C R I P T I O,

*Ex probatissimis quibusque Authori-  
bus excerpta.*

**B**X T R E M A terrarum ad So-  
lis occasum est Hispania, quæ  
naturæ solertis ingenio velut  
alter orbis, partim Pyreneis  
montibus, partim Oceani æstibus con-  
cluditur. Ejus longitudo, (auctore Stra-  
bone) sex millia stadiorum, latitudo  
quinque millia, ubi latissima est com-  
plectitur. Appiano in Ibericis, tam la-  
titudine quam longitudine sua decem  
mill. stad. explet: à cuius calculo Pli-  
nius non multum discedit, nam mill.  
& octuaginta duo M. P. in longitudine  
habere ostendit; latitudo ejus inæqua-  
lis est. Aliis duo mill. quingenta &  
octuaginta milliar. in ambitu habere  
dicitur.

Hispania omnis Roman. temporibus,  
primum